Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



129

filihominis dic pharaoni regi aegypti & popu
lo eius: cui similis factus es in magnitudine tua:
ecce assur quasi cedrus siue cyparissus in li
bano pulcher ramis & frondibus nemoro
sus: excelsusque altitudine & inter conden
sas frondes siue in medio nubium eleuatum est
cacumen eius: aquae nutrierunt illum ab yssus ele
uauit eum flumina eius mabant in circuitu
radicum eius & riuos suos emisit ad uniuersa
ligna regionis: propterea eleuata est altitudo
eius super omnia ligna regionis siue campi & mul
tiplicata sunt arbusta siue rami eius prae
aquis multis: cumque extendisset umbram suam
in ramis eius fecerunt nidos: omnia uolatilia
caeli & sub frondibus eius genuerunt omnes bes
tiae saltuum & sub umbra illius habitabat coe
tus gentium uniuersarum: eratque pulcherri
mus in magnitudine sua & in dilatatione siue
multitudine arbustorum uel ramorum suorum:
erant enim radices illius iuxta aquas cedri
siue cyparissi: non fuerunt altiores illo in pa
radiso dei abietes siue pini non adaequauerunt
summitatem eius: platani uel abietes non fuerunt